

4056 in agro Mantuano reperta h. anno 1714(?), ad d. Fr. Ficoronium Romam transmissa hoc a. 1725 mihi communicata BIANCHINI. *Trovato nell' oltrepò Mantovano l' anno 1720 venne in potere del segretario Agostino Riolfi, che lo cedette per poche monete nel 1724 al Ficoroni LABUS nescio unde. Effossa prope Mutinam [immo Mantuam]; emit ab Augusto Rudolfo Mantuano a. 1724 Franc. Ficoronius MUR. Emit Romae episcopus Passaviensis comes Thun collocavitque in museo Passavii, unde venit Monachum in antiquarium.*

*intus: tabella prior ita perscripta ut litterae secundum angustius tabulae latus decurrant, cum reliquorum diptychorum interiores pagellae litteras habeant per longius rectanguli latus decurrentes.*

	VI	PRAEST	
		BASSVS	
5			A
		LAVDIC	
5	GI	LAVDIC	L
		BESSO	
	GINO	ALABAND	
		PANN	L
	ONI	PHILADEL	C
10	O	ALABAND	C
		NICOM	

*extrinsecus: tabella prior.*

IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS  
 FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III P P PROC  
 IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS FEL · AVG  
 PONT MAX TRIB POT II COS II P P  
 5 NOMINA MILITVM QVI MILITAVER · IN CO  
 HORTIBVS PRAETOR · PHILIPPIANIS DECEM  
 I · II · III · IIII · V · VI VII VIII VIII · X PII VINDICIBVS  
 sic QVI PII ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT  
 IVS TRIBVIMVS CONVBII DVM TAXAT CVM  
 10 SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM  
 SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA  
 TRIMONIO SVO · IVNXER · PROINDE LIBE  
 ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS  
 ROMANIS NATOS A D VII ID IAN a. 248 Ian. 7  
 15 IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL · AVG III EI sic  
 IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II COS  
 COH · VIII · PR · PHILIPPIAN · P · V ·  
 M · BRAETIO · M · F · IVSTINO ·  
 SABATIN · MANTVA  
 20 DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AER QVE FIX  
 EST ROM · IM MVR · POS TEMPLVM DIVI AVG AD  
 MINERVAM

Imp. Caes. M. Iulius Philippus pius fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) V, co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriciae), proc(onsul);  
 Imp. Caes. M. Iulius Philippus pius fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) II, co(n)s(ul) II, p(ater) p(atriciae)  
 nomina militum, qui militaver(unt) in cohortibus praetor(iis) Philippianis decem I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIII. X piis vindicibus, qui pi[e]<sup>1)</sup>  
 et fortiter militia functi sunt, ius tribuimus conubii dum taxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas in matri-  
 monio suo iunxer(int), proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos.  
 a. d. VII id. Ian. imp. M. Iulio Philippo pio fel(ice) Aug(usto) III e[t] imp. M. Iulio Philippo pio fel(ice) Aug(usto) II co(n)s(ulibus).  
 Coh(ors) VIII pr(aetoria) Philippian(a) p(ia) v(index). M. Braetio M. f. Iustino Sabatin(a) Mantua.

Descript(um) et recognit(um) ex tabula aer(ea), que fix(a) est Rom(ae) im mur(o) pos templum divi Aug(usti) ad Minervam.

<sup>1)</sup> PII aes.

Contuli. Habent Bianchini cod. bibl. capit. Veron. n. 348 f. 119; Maffei ant. Gall. p. 4 et M. V. 325 cui misit Ficoronius; Mur. 362, 1, cui misit Ign. M. Como; Visi not. stor. di Mantova (Mantuae 1781) 1, 41 a prioribus; Labus mus. di Mantova 2, 143. 145; F. Thiersch erster Jahresbericht der K. Bayerischen Akademie der Wissenschaften 1827—1829 p. 24 seq., ubi adiectum est exemplum lithographum; Stark Abh. über einen Meilenst. des Decius zu Wilten (Augsburg 1832) p. 51—72 coll. eiusdem Abh. über einen bei Zierl aufgefundenen Meilenstein (Landshut 1840) p. 55 sq.; Hefner röm. Baiern ed. 3 n. 161 et Münch. Abh. 5 (1849) p. 171 tab. 1 (inde Henzen n. 6859); item diplomatum collectores Marinius n. 15 Arv. p. 468 (qui postea tabulam vidit, v. Giorn. Arc. 69, 157); Vernazza n. 20; Haubold n. 22; Cardinali n. 27 p. 287, a prioribus omnes. Intus scripta non ediderunt nisi Maffei in ant. Gall.; Giorn. Arc. l. c. ex schedis Marini; Thiersch l. c.; Hefner l. c.; Foeringer Münchener Gelehrte Anzeigen 1844 p. 286.

Thierschius l. c. et Foeringer l. c. recte docuerunt tabulam interiorem non pertinere ad id de quo agitur diploma, sed desectam esse ex instrumento alio litteris multo melioribus scripto aetatis anterioris, quod probabiliter coniciunt fuisse partem cuiusdam ex ipsis legibus de veteranis civitate donandis. Interius exemplum totum perscriptum fuisse apparet in tabella altera, quae hodie deest, ne erasa quidem in ea quam habemus primitiva scriptura.